Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nobis supne virtutis impende · ut adventus tui sa-
lutaribus subleuentur qui vivis et regnas cum
dnnt · qui cum · Alia Deo · Deo vsque zyhett
In diebus illis: Locutus est dominus ad achas
dicens · Pete tibi signum a domino deo tuo in pro
fundum inferni · sive in excelsum supra · Et dixit
achas · non petam et non tentabo dnm · Et di-
xit · audite ergo domus dauid · Numquid parvum
est vobis molestos esse hominibus · quia mole-
sti estis et deo meo? Propter hoc dabit dominus ipse vobis
signum · Ecce ego concipiet et pariet filium et
vocabitur nomen eius emanuel · Butyrum et mel
comedet ut sciat reprobare malum et eligere bonum
Prope est dominus omnibus invocantibus eum omni GE
nibus qui invocant eum in veritate Laudem dni loquetur os
meum et benedicat omnis caro nomen sanctum eius Sedm
In illo tpe: missus est angelus gabriel Lucam
a deo in civitate galilee cui nomen nazareth ad vir-
ginem desponsatam viro cui nomen erat ioseph
de domo dauid · et nomen virginis maria · Et in-
gressus angelus ad eam dixit · Ave gratia plena
dominus · dominus tecum · Benedicta tu in mu-
lieribus · Quae cum audisset: turbata est in sermo-
ne eius · et cogitabat qualis esset ista salutatio ·
Et ait angelus ei · ne timeas maria: inveniisti en
gratiam apud dnm · Ecce concipies in utero et pa-
ries filium: et vocabitur nomen eius ihsm · Hic
erit magnus: et filius altissimi vocabitur · Et da-
bit illi dominus deus sedem dauid patris eius: et
regnabit in domo iacob in eternum: et regni eius